

Band III., Nr. 758, Seite 245-246

Die Brüder Albert und Heinrich von Summerau bewirken, eingedenk eines früheren Gelübdes, zum Seelenheile ihres im heiligen Lande verstorbenen Bruders, die Übertragung der Kapelle in Manzell, womit sie von dem Grafen von Nellenburg und dieser von dem Abte von St. Gallen belehnt waren, an das Kloster Weißenau.

Ohne Ortsangabe, 1229.

[Verita]tis verbis salubriter admonemur: thesaurizate vobis thesauros in celo. Beati ergo qui ad eterne beatitudinis premia anhelan[tes, veras divitias amantes, terre]na^a conmutant in celestia et per temporalia, dum [tempus] est, feliciter mercantur eterna. Notum itaque sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod mortuo Chvnone milite de Svmerowe in transmarinis [partibus, tunc temporis] quando illustris imperator Fridericus transfretaverat et Iherosolimam et sanctam terram, que multis annis in gentilium fuerat potestate, liberavit, Albertus et Heinricus milites, fratres eiusdem C., non inmemore[s fraterne charita]tis et etiam promissionis quam apud Lindaugiam sibi in recessu suo fecerant et, ut verum dicamus, iuramento firmaverant, capellam in Mannecelle contulerunt Augensi ecclesie pro remedio anime dilecti fr[atris sui. Fuit] enim eadem capella feodum ipsorum a nobili comite Manegoldo de Nellenburc, et idem comes habebat in feodo ab abbate sancti Galli. Quomodo autem et qualiter hec per concambium transmuteda et [ord]inata sint, presens scriptum declarabit. Accesserunt itaque predicti milites A. et H. ad abbatem sancti Galli, venerabilem Cvnradum, qui tunc temporis eidem cenobio prefuit, et apud ipsum precibus suis obtinuerunt, dari in concambio de prediis suis tantum vel plus valens cenobio sancti Galli pro capella in Mannecelle. Missi sunt itaque ab ipso abbate et suo capitulo honesti viri Livtoldus decanus, Bvrchardus prepositus, Hvgo de Lvpoltes, Rvdolfus de Fonenberc¹, milites, qui diligenter considerarent, quid et quantum et ubi esset concambium quod vellent dare pro predicta capella. Ostensum est enim eis apud Aphelowe curtis una et una vinea et in eodem confinio apud Gizensteige due curtes, et hoc sub iuramento firmatum est, quod multo plus valeret hoc predium quam capella cum suis attinentiis. Cum ergo supramemorati milites A.

^aDie mit [] eingeschlossenen Stellen sind durch Löcher im Original ausgefallen und nach vorhandenen späteren Abschriften ergänzt.

¹Scheint verschrieben für „Sonenberg“, wie die Abschrift im Codex von Weißenau liest; Sonnenberg, Bad Wurzach, RV ?

II

et H. de Svmerowe domini regis essent ministeriales et nichil de prediis suis sine consensu regis ecclesie sancti Galli conferre possent, factum est igitur deo ordinante, quod eodem tempore dominus rex Heinricus Coustantiam veniret et dominus abbas sancti Galli et sepedicti milites A. et H. de Svmerowe similiter ibi essent. Igitur inter missarum sollempnia in choro Constantiensi, cum multi interessent, dominus rex, accepto predio supramemorato a predictis militibus, contulit per manus abbatis ecclesie sancti Galli, presente H., prothonotario Constantiensi et Augustensis dyocesum summo preposito, E. de Walpurg dapifero, C. de Winterstetin pincerna, C. de Smalenege, R. et H. fratribus de Arbona, R. de Rorscach, C. de Valchenstein et multis aliis. Transacto vero non multo post tempore venit dominus abbas sancti Galli apud Lindaugiam et predictus comes M. de Nellenburc ad dominum regem, qui tunc ibi minuerat sanguinem, venerant etiam sepememorati milites A. et H. illuc, qui audito quod dominus abbas et comes ibi essent, vocato ad se Vlrico preposito Augensi et quibusdam suis fratribus, venerunt cum ipso ad presentiam ipsorum et capellam in Mannecelle, quam habebant in feodo a comite, sibi resignaverunt et ipse comes abbati, abbas vero omne ius^b, quod habebat ecclesia sancti Galli in capella eadem et suis attinentiis, contulit Augensi ecclesie per manus V. prepositi. Predium vero quod dominus rex apud Constantiam contulerat ecclesie sancti Galli recepit dominus comes in instanti in feodo a domino abbate, et A. et H. milites similiter a domino comite, presentibus hiis: W. plebano de Chireberc, W. milite de Alstetten), H. de Rameswag, Gozwino de Scowenburc et duobus filiis suis, W. de Bvzechouen, R. de Mōse et multis aliis.
 Acta sunt hec anno gratie M^o. CC^o. XX. IX^o. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa de cetero tam cenobio sancti Galli quam Augensi permaneant, ego C̄vnradius, abbas sancti Galli, per quem et cum quo hec omnia conmutata et ordinata sunt, presentem paginam sigilli nostri appensione confirmo^c.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Reste der gelben Siegelfäden, an denen das nicht mehr vorhandene Siegel hing, ist noch an der Urkunde befestigt.

^bSo die Vorlage.

^cDas Wort bildet im Original die Schlusszeile, indem C – O – N – F – I – R – M – O geschrieben ist.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 3159

Überlieferung und Textkritik:

Original. Vidimus des Konstanzer Generalvikariats von 1315 III. non. Aprilis, Or. mit dem Siegel des Vikariats: HStA Stuttgart B 523 U 3160.

Editionen:

HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 4, S. 968, Anhang 33; Chartularium Sangallense, hrsg. von der Herausgeber- und Verlagsgemeinschaft Chartularium Sangallense (Historischer Verein des Kantons St. Gallen, Staatsarchiv, Stadtarchiv, Stiftsarchiv St. Gallen), bearb. von Otto P. Clavadetscher, Bd. 3 und 4, Sigmarin, Bd. 3, S. 175–177, Nr. 1170.

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 751, Nr. 4133 und 4134.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

39 x 18 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Albert; von Summerau Heinrich; von Summerau

Ortsindex:

Altstätten, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Apflau Wohnplatz (18289)
 Apflau, Tettngang, FN
 Arbon, Kt. Thurgau, Schweiz
 Augsburg, A
 Beizkofen Wohnplatz (21084)
 Beizkofen, Hohentengen, SIG
 Falkenstein Wohnplatz (12584)
 Falkenstein, Schramberg, RW
 Gitzensteig Wohnplatz (18317)
 Gitzensteig, Tettngang, FN
 Jerusalem, Israel
 Kirchberg Wohnplatz (17973)
 Kirchberg, Immenstaad am Bodensee, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Leupolz Wohnplatz (20437)
 Leupolz, Wangen im Allgäu, RV
 Lindau, LI
 Manzell Wohnplatz (17891)
 Manzell, Friedrichshafen, FN
 Moos Wohnplatz (18341)
 Moos, Tettngang, FN
 Nellenburg Wohnplatz (14664)
 Nellenburg, Stockach, KN
 Ramschwag, Häggenschwil, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Rorschach, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Schomburg Wohnplatz (20507)
 Schomburg, Wangen im Allgäu, RV
 Sonnenberg Wohnplatz (19094)
 Sonnenberg, Bad Wurzach, RV
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Summerau Wohnplatz (18136)
 Summerau, Neukirch, FN
 Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)